

folio

ccxlviii

pedes abscondi et tandem decollari et corp⁹ eius canibus proijci. Venientes autē christiani corpus eius colligerunt et sepulture tradiderunt. Filia vero eius Balbina in sancta virginitate permansit. Cuius ab Aureliano decollate corpus Theodora collegit et sepelivit non longe ab urbe rome iuxta patrem. Cuius passio celebratur die proxima sequenti. Post aliquot annorum curricula translatum est corpus sancti quirini per quamdam abbatissam in opidū superiorem sitū nomine Rusia. ubi iam multis claret miraculis. In quodam clauetro ordinis Cisterciensis frater quidam infirmabatur morbo fistuloso qui morbus vocatur sancti quirini: eo quod sanctus Quirinus dei gratia multos a tali morbo liberet. Igitur frater ille infirmus cepit supplicare abbati ut daret sibi licentiā eundi ad sanctū Quirinū. Abbas vero iussit fratri peregrinationes in ordine esse prohibitas et non dedit ei licentiā. Frater autem iterum atque iterum insistit apud abbatem suū pro licentiā. Qui omnia negavit. Tūc frater ille infirmitate cogente sine licentiā perrexit ad sanctū Quirinū in Rusiam. Et sanus factus reuertens est letus ad claustrum suum. Dicitur enim abbatem quod frater ille iussit ad sanctum Quirinū et sanus factus reuissit ad portam claustrum. Non possum credere sanctū et martirē ipsi esse qui vinū qui contra ipsi regulam suam inobedientem curauit. Illa curatio a deo non est: ubi corpus sanatur et anima occidit. Hoc dixit et adiecit. Ab hac hora non recipiā suam illum nec credam Quirinū esse sanctū nisi talis mihi restitueret frater ille qualis hic recessit: Mira res. statim inuasit suam illū morbus a quo liberatus fuerat. Quod cum nunciatum fuisset abbati iussit. Noto credo Quirinū sanctū et martirē ipsi esse et iussit intrare suam. Sequenti die insistit abbas orationes fieri pro illo infirmo fratre. quo facto ad plenum sanatus est. Et ecce hic triplex miraculum. Sanctus Quirinus primo sanauit infirmū licet inobedientem. po-

stea pro inobedientia puniuit eum: faciens in eum infirmitatem redire. Iterum orate conuentim ad plenum sanauit.

De sancto Seruatio episcopo.

**A**berunt in Iudaea due sorores mulieres sanctissime. Anna. s. et Esmeria. Anna ut notum est fuit mater Marie virginis. Esmeria vero Elizabeth matrem Johannis baptiste et Eliud fratrem eius peperit. Eliud autem genuit emu. Emu itaque relicto parentibus et patria cum vxore sua Samelia intravit Armeniam ubi et ex vxore sua genuit sanctum Seruanum. Hic in quarto gradu attinens christo cum iam puectionis esset etatis et sancta loca in hierosolimitanis partibus visitaret angelus dei oranti apparens curam ecclesie timgrensis ex parte dei eidem commisit. Ipso autem die quo timgrens angelus ducere peruenit: septuaginta due congregaciones iam in basilica beate marie conuenerant ad eligendum pontificem. Tunc angelus pastoralem baculum de altari maiori sumptum qui sepe vacante iam annis septem ex ordinatione precedentis pontificis ibi miserat cunctis videntibus beato Seruatio tradidit. et ipsum ad cathedram pontificalem puenit. Hic dum lingua materna verbum domini predicaret vel confessionibus insistere plane ab omnibus intelligebatur. et ipse se omnes intelligebat. Cum autem de curis temporalibus loquebatur: non sine interprete intelligi poterat. Tante autem perfectionis extitit ut eius vita magis videretur angelica quam humana. Post receptionem enim officii corporis de carnali cibo non curabat. Raro etiam ieiunium quotidianum solvebat. Ciborum ipsius reliquie sumptu leprosos mundabant et ab obsessis corporibus venones effugabant. Quicumque autem infirmus manus eius vel pedes tangebat continuo sanabatur. Gutte aque que de lotione manuum suarum effluabant: ab omni infirmitate tangentes